2da Junii hora post mediam noctem secunda obiit in Lebach Elisabetha Schæfer hic supra ad 16tam Aprilis nostrorum conjugum filia inde ab 8va Julii ultimi uxor Mathiæ Riem in sic dicta Steinmetzen, olim Bräuhers haus = obiit rite omnibus per me munita. R. I. P.!

11ma Julii vesperi mox a sexta in sua juxta villam Wahlen domuncula obiit Wilhelmus Freiss, hic supra ad 21mam Martii notatæ Annæ Mariæ Pritz viduus heri mane medio quinta extremis omnibus a me munitus præter generalem absolutionem ad quam impertiendam cum præ foribus ejus adessem jam expi=
=raverat. R. I. P.!

23tia Julii mane mox a medio septima in Rimmelbach obiit Anna Schæfer, uxor Johannis Bœhm in diuturna Phthysi sæpius, nuperis diebus etiam Viatico munita, at hodie cum ad Extremam unctionem et cætera impertienda prope adessem, Johannes nuncius mortis accelerate occurrebat. R. I. P.!

5ta Augusti in Trevirensi juxta Lebach mola obiit Mathias Nicolao Schmit et Gertrude Hoffmann 4ta nuperi Mensis Junii natus. R. P.!

20ta Augusti circa meridiem obiit in Rimmelbach Jacobus Müller a 10ma Martii 1794 viduus Annæ Mariæ Schæfer, heri ante meridiem extremis omnibus per me munitus. R. I. P.!